



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 90119339

§. 29. Synodus Dioeciesana Monasteriensis Verna & Autumnalis, ejusque decreta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

jubetur, primo Colatum, dein Bruxel-
 las ac tandem Parisios profectus, ubi Sæc. XVIII,
 A. C. 1732.
 etiam die septima Martii Septuagena-
 rius turbidis suis consiliis & vitæ die-
 bus finem imposuit: Decessit quoque
 hoc anno Ralphus Lambert Midæ
 Orientalis Episcopus. Hunc ad ean-
 dem æternitatis viam Bathonæ trans-
 acto sexagesimo quarto ætatis anno
 Mense Decembri secutus est Wilhel-
 mus Baker Norwicensis Episcopus, Par
 Angliæ, antea Bangartiensis Præsul.
 Eodem in loco, ejusdemque Mensis
 die vigesima septima Guilielmus Brads-
 haw Bristolliensis Episcopus fatis con-
 cessit.

§. XXIX.

*Synodus Diæcesana Monasteriensis
 Verna & Autumnalis, ejus-
 que decreta.*

Eodem hoc anno Clemens Augustus
 Monasteriensis Episcopus Verno
 tempore die vigesima quarta Martii
 Synodum Diæcesanam, & in Autum-
 no aliam die octava Octobris celebra-
 vit. In harum prima statutum est, ut
 Sacrum Viaticum ad infirmos cum
 majori pompa, & honoratiori comitatu
 deferatur, ita tamen, ut Episcopus
 subditos suos ad frequentiore accessu
Hist. Eccles. Tom. LXXIV. M sum

Sac. XVIII. sum adstringere nolit, id tamen
 A. C. 1732. tanæ eorum devotioni relinquat. Pr
 cipit nihilominus, ut impofteru
 quando SS. Sacramentum vel in Ur
 & oppidis, vel extra ad ægrotum
 fertur, non tam prona facilitate
 petur ad benedictiones dextrorsum
 finistrorsum identidem & promiscue
 viantibus impertiendas, cum id pot
 contemptum & vilipensionem
 quam devotionem: proin ejusmodi
 neditio duntaxat in Templo sub eg
 sum & regressum Sacerdotis fiat,
 forte singularis confluxus notetur,
 alia rationabilis causa id exigat.
 bet insuper Synodus, ut juxta Con
 tutiones Innocentii, Pii & Bene
 XIII. PP. ægrôti de persolvenda
 fessione Sacramentali moneantur,
 Nuptiæ tempore vetito, nequidem
 Dominica *Lætare* celebrentur: Deni
 prohibet Parochis, ne duplicia jura
 gant, quando ab Ordinario justis
 causis sepulturæ facultas in tene
 faciendæ conceditur: tempestive
 tem, & quidem pauperibus gratis
 cramenta administrentur. In Autum
 autem Synodo Archidiaconi injunctum
 est, ut singulis Parochis severe præ
 piant, quatenus, si Cooperatoribus
 longius tempus egeant, eos a sæculi
 Clero & non a Religiosis sibi adsciscen
 cu
 sci
 ra
 in
 S
 P
 m
 la
 G
 ne
 fu
 et
 in
 c
 di
 ti
 do
 fia
 pr
 de
 E
 ci
 te
 B
 n
 t
 p

cum apud hos non raro Religiosæ disciplinæ jactura sit pertimescenda. Plura alia decreta jam sæpius inculcata in hac quoque Synodo fuere innovata.

Sæc. XVIII.
A. C. 1732.

§. XXX.

*Scriptorum Religione Catholicorum
opera & obitus.*

Paucos ex Scriptoribus Catholicis hoc anno defunctis recensere, haud molestum erit Lectori. Ex his singularem meretur memoriam Joannes Grancolas Sorbonæ Doctor & Aurelianensis Ducis Sacellanus, qui eidem funebri oratione parentabat. Edidit etiam tractatum de antiquitate rituum in Sacramentis, tractatum de intinctione Eucharistiæ, seu de consuetudine consecratum panem in vinum intingendi: Quietismum Sacramentorum doctrinæ contrarium, antiquam Ecclesiæ disciplinam circa confessionem & præcipuos pœnitentiæ actus: tractatum de Liturgiis in Missis quovis sæculo, Ecclesiæ Sacramentale traditionem circa infantes sine baptismo decedentes: Commentarium Historicum de Breviario Romano: & Historicam Synopsin de Ecclesia, Urbe & Universitate Parisiensi: quod opus sicut & alia petente Noaillo Cardinale proscriptum

M 2

fuit.